

recordor enim satis jam esse pro me
 responsum ab experientis: Dn. *Dàniele*
Ludovici Tract: de volatilisat: sal: Tart.
 pag. ni fallor 23.

Pag: 43. 44. de Alcalium volatilium
 Seminalibus differentiis loquitur. Nolo
 ego hic repetere, quæ *pagin: 147. &c.* à
 medicata sunt. Verbo; dictorum volatili-
 um etsi est seminalis differentia, tantil-
 la tamen in morborum curatione at-
 tendi nec potest nec debet. Neque Salis
 Tartari volatilis urinofis, ulla peculiaris
 ratio est.

Quando vero Salis Tartari metalli-
 cam esse naturam, è Claris: Tachenio
 affert, præ furente & volatico furore
 suo & impetu, aliisque contradicendi
 studio, sibi met contradicit ipsi §enim 7.
 supra allatorum, ineptè hoc à Tache-
 nio fieri dixerat. Hic tamen non auto-
 ritate saltem Dn. Tachenii, verum &
 argumentis ejusdem; de resuscitatione
 nempe mercuriorum, præcipitatione
 auri ex Aqua Regia, nititur: quæ dicto
 loco repudiarat. Quin inconfidera-
 tus, denuo quod probârat, rejicit; dum
 & Spirirum Salis Ammoniaci æque ac